Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8136
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Vere enim beata parens ad ara. que sicut quidam
ait. enixa est puerpa regem. qui celum terramq; re
git psalm. cuius numen et eterno complectens omnia
gyro. imperium sine fine manet. que ventre beato gau
dia matris habere cum virginitatis honore. nec pri
mam similem visa est. nec habere sequentem. xy.
Et ille dicit. Quinimmo beati qui audiunt verbum dei
et custodiunt illud. Dulcis saluator ad testimonium mulieris
annuit. non eam tantummodo que verbum dei corpora
liter generare meruerat. sed omnes quoque verbum dei
spiritaliter auditu fidei concipere. et bonis operibus custodia ul
mis suo. ut in primorum cordis parere. et quasi alere studu
erint assecutus esse beatos. Tu autem. An Inew.
O florens rosa mater dei speciosa. O virgo mitis
O fecundissima mitis. Clarior aurora pro nobis omnibus
ora. Vt simus digni postrema luce beati. Amen.